





1772

1. *Trincom, Malabar* : De regis tributa  
 2. *Trincom, Malabar* : De jus necessarii  
 3. *Trincom, Malabar* : De jus necessarii  
 4. *Trincom, Malabar* : De jus necessarii  
 5. *Trincom, Malabar* : De jus necessarii  
 6. *Trincom, Malabar* : De jus necessarii  
 7. *Trincom, Malabar* : De jus necessarii  
 8. *Trincom, Malabar* : De jus necessarii  
 9. *Trincom, Malabar* : De jus necessarii  
 10. *Trincom, Malabar* : De jus necessarii

1773

1. *Trincom, Malabar* : De parte subordina  
 2. *Trincom, Malabar* : De parte subordina  
 3. *Trincom, Malabar* : De parte subordina  
 4. *Trincom, Malabar* : De parte subordina  
 5. *Trincom, Malabar* : De parte subordina  
 6. *Trincom, Malabar* : De parte subordina  
 7. *Trincom, Malabar* : De parte subordina  
 8. *Trincom, Malabar* : De parte subordina  
 9. *Trincom, Malabar* : De parte subordina  
 10. *Trincom, Malabar* : De parte subordina





1622,

1. Fomannus, Orbalphus: De sequestratione.
2. Fomannus, Orbalphus: De jure accrescentis.
3. Breykiers, Gurgus: De re vindicatione
4. Oldicap, Juba: De jure et privilegiis non appell.  
laudi
5. Rentes, Johannes: De crimine (caesae) majestatis.
6. Schroeterus, Petrus Elias: De legitimations libero-  
rum naturalium, eiusq. species et legitimatorem  
successione.

1623.

1. Fomannus, Orbalphus: De pacto retrovendi
2. Fomannus, Orbalphus: De jure sistendi non se  
arrestis
3. Riemerus, Valentimus: De necessaria defensione.
4. Thendorius, Petrus: De regulis.

1624.

1. Fomannus, Dominicus: De saluberrimo l. 2 C. de reseruat.  
vinctis. hoc maxime seculo controverso, remedio
2. Fomannus, Ursulphus: De iure emphyteutico.
3. Fomannus, Ursulphus: De iudicio civili, ejusdemque  
morte procedendi ordinario.
4. Fomannus, Ursulphus: De delictis privatis.
5. Himmelin, Georgius: De obligationibus in genere
6. Neustadius, Hieronymus: De furto.
7. Luerius, Johannes: De maiestate in genere et in specie  
de maiestate reali.

1625.

1. Fomannus, Ursulphus: Disputatio inus. ad § 1. leg. C.  
de quaestioibus.
2. Frutiger, Georgius: De solutionibus in specie.

1625

3. Theoricus, P. Mus: De renunciationibus ..

10

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

1

1

2





14070

DISSERTATIO JURIDICA No. 16

De

JURE SISTENDI,

SEU

De

ARRESTIS,

Quam

Divinâ fortunante clementiâ

Ex consensu & decreto

Magnifici & Amplissimi Jctorum Collegii, quod in illustri  
ac celeberrimâ Salanâ floret Academiâ

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO ET CONSULTISSIMO

Dn. ORTOLPHO FOMANNO  
U. J. D. DECRETALIUM HUIUS ACADEMIÆ P. P. Facultatisq; Juridicæ Ordinario, ac p. t.

Decano Spectatissimo, Curix ibidem Provincialis &  
Scabinatus Adfessore dignissimo, Præceptore, Fautore  
ac Promotore suo æternùm  
honorando.

In auditorio Jctorum

Publicæ cynosuræ submittit

die 5. Mens. April.

CONRADUS Rahnen/ BRUNSV: SAXO.

J E N A E

Typis TOBIÆ STEINMANNI,

ANNO M. DC. XXIII.

8

1623, 2

UNIVERSITÄT  
ZÜRICH

B. 16

3 1/2







## ΠΡΟΨΑΛΙΟΝ.



*A*, que necessaria & utilia, inq̄ fo-  
ro & iudicio frequentissima, propter sui  
ip̄sus commendationem non negligenda, sed ple-  
nius potius attingenda, à clarissimâ Jurispru-  
dentiz lampade Ulpian. in l. i. pr. ff. de suspect.  
tut. rectè dictum, & à Paulo in l. 25. pr. ff. de libert. leg. benè appro-  
batum esse, neminem sanè dextrè iudicantium inficias iturum arbi-  
tror. Quis enim est, qui utilia fugiat; aut quis potius, qui ea  
non studiosissime persequatur, inquit ipse Romana eloquentia parens  
Cicero lib. 3. Offic. Cùm verò Arrestorum Materia necessitatem  
maximâ cum utilitate conjunctam in se contineat, propterea quòd  
non de rebus vilissimis, & nullius momenti, sed de hominum civilem  
in civili commercio vitam degentium fortunâ, ipsâ quoq; sapius famâ  
in eâ contendatur, exindeq; ejus frequentia tanta appareat, ut om-  
nia fermè totius Germania augustiora iudicum subsellia in iis  
maximè locis, ubi vigent frequentiora emporia, ejus molestiâ perstre-  
pere ceperint; Gail. de Arrest. Imp. c. 1. n. 1. Jacob. Schult. in ad-  
dit. ad Modest. Pist. q. 110. p. 3. talis mihi præ reliquis digna fuit vi-  
sa, quæ diligentiori animi trutinâ examinata disquisitioni publicæ  
subjiceretur. In hac ergo conatum ingenij periclitaturus in me-  
moriâ mihi revoco, quod subtilissimus Magister Scaliger monet  
Execr. 256. In Lyceo brevioribus esse ambulandum spatiis, & stu-  
dendum ei brevitati, quæ res æquet verbis Execr. 307. Sect. 20. Huic  
obtemperando; implorato prius divini Numinis præsidio & au-  
xilio, pergimus statim rectè ad ipsum institutum, daturi quidem,  
non quæ materia hujus amplitudo & dignitas requirit, sed quæ in-  
genij tenuitas iudicij, imbecillitas permittit.

A 2

THE

UNIVERSITÄT  
ZÜRICH

## THESIS I.

**L**ocum quendam peregrinum & remotum petiturus, primum de certâ viâ ad eum ducente ut sit sollicitus, necessum maximè erit: hac enim incognitâ, frustrâ eò quò tēdit pervenire desiderat. Ita & nos, qui penitiorè materiæ de Arrestis desideramus cognitionē, si quædam de notatione nominis præmittamus, rectè facturos, nil est, quod dubitemus. A nominibus enim auspicandum docet magnus ille sapientiæ dictator *Scaliger Exerc. 356. Sect. 1.* cum res satis cognosci non possit, nisi de verbis prius constiterit, *Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Arumeus Præceptor ac Fautor meus summè colendus Disp. Feud. 1. lb. 21.* Undè etiam ipse *Philosophorum corypheus Arist. l. 1. post. Anal.* hunc ordinem rerum omnium in naturâ & intellectiois & cogitationis concinnum pronunciat, si à simplicibus procedatur ad composita. Quare hæc parvula, & ut videntur, perexigua, minimè sunt contemnenda, sine quibus majora neq; esse neq; effici queunt *Gæd. de V. S. ad rubr. in pr.*

II. Appellationem hujus materiæ pro variâ ipsius dispositione esse variam, ex nominibus, quibus indigari solet, videre est. Dicitur enim 1. Detentio vel retentio, quòd personæ ac res per Arrestum detineantur, prout *l. quanquam 15. C. de Excus. tut.* detentus pro eo sumitur, cui iudicis decreto impostum erat à tutela non recedere. 2. Sequestratio, *Coler. de Process. Execut. in Præf. n. 35. Henning. Goden. cons. de sequest. 106. n. 22. & 23.* 3. Interdictum, *Peckius in eleganti suo tract. de iure sst. c. 1. n. 4.* 4. Saximentum, *Fernariens. in sua pract. rub. de form. sequest. & Saxim.* 5. Jus sistendi. 6. Manuum injectio Et 7. denique Arrestum. Hæc licet vocabula per se & in propriâ significatione considerata inter se multum differre videantur; generaliter tamen pro uno & eodem sapius accipi, certum est. E multis posterius tanquam usu receptius & huic tractationi accommodatius Arresti se: vocabulum retinere placet.

III. Hoc verò duplici iterum sese submittit acceptioni. Primò enim sumitur pro placito seu decreto, & sententiâ supremorum tribunalium sive iudicum, à quibus non licet appellare

CON-

*Connan. l. 1. Comment. Jur. Civ. c. ult. n. 9. Gail. tract. de Arrest. Imp. c. 1. n. 3. Boer. Decis. 2. n. fin. Decis. 7. n. 16. Decis. 5. n. 9. Et passim. Matthæus de Afflict. Decis. Neapol. 231. Et tunc non à græco verbo ἀρῆσθαι (quod est à παύω, corroumpo, destruo) ut quidam volunt, inter quos primas tenet Rebuff. in Constit. Reg. Gall. tom. 2. tit. ut contractus testam. art. 1. glos. 2. n. 1. cui subscribit Peckius d. tr. c. 1. n. 3. Sed longè commodius ab ἀρῆσθαι (quod venit ab ἀρῆσθαι, placeo) derivandū esse videtur. Unde hoc modo acceptū, græcō se. vocabulo, ut probabile est, usurpato, non per duplex sed unicum scribi & pronunciari debere, omninō existimo cum Budæo in annot. l. fin. ff. de Senator. qui secutus est Paulum Emiliū Gallicæ historiæ scriptorem elegantissimum. Vid. Carol. Molinaum in suis consuet. Parisiis. 2. gl. 1. in verb. Arrest. ou brandon n. 1. Benedictum Curtium de Arrest. amor. in pr.*

IV. Deinde, quatenus nostræ tractationi inservit, significat impedimentum, quo vocabulo in hac materia apud Latinos aptius non extare censet Molin. d. l. Et ita nec græca nec latina, sed merè gallica vox est, Peck de jur. sst. c. 1. n. 4. & geminato gentilizio Gallorum more notari & proferri debet: Derivationem enim habet à verbo Arrestet, quod Gallis est retinere vel detinere, gradum sistere, ne ulterius progredi liceat; quia postquam Arrestum factum, ibi sistendum est. In hoc verò significato latinè rectè exprimitur per manuum injectionem, ut notat Budæus in d. l. fin. ff. de Senat. referente Dn. Hülgero in Donell. enucl. vol. 2. lib. 24. c. 4. lit. B. in not. per h. 10. S. 1. ff. de in jus voc. l. pen. de serv. export. l. 1. 2. C. de Episc. & Cleric. & tam rei quàm personæ detentionem denotat. Germanis dicitur Kummer vel Kömmer, pētitā Etymologiā ab eo, quod hic processus injiciat sollicitudinem ipsi debitori ad cogitandum de viis relaxandis arrestum. Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 73. Item. Zuschlag/Arrest/Verbot. Unde verba: In Verbot legen oder verbieten lassen/anhaltend/anschlagen/hemmen/verhimmern/arrestiren/&c.

V. Priusquam verò in ulteriorem tractationem descendamus, quæstionem hanc controversam præmittere lubet. Anne se. Arrestorum usus permissus, an verò interdictus & prohibitus sit? Arresta regulariter prohibita suaq; naturā odiosa ac restrin-

UNIVERSITÄT  
ZVHALTEN

restringenda esse afferit Petrus Peck de jur. sist. c. 2. n. 5. § 7. & hanc sententiam communi DD. calculo approbati testantur Coler. d. tr. p. 1. c. 2. n. 103. Gail. 1. obs. 148 n. ult. § tr. de Arrest. c. 1. n. 7. per l. fin. C. de Execut. rei jud. arg. t. 1. C. de prohib. sequest. pec. Ratione autem, quâ prohibitionem istam probant, hac nituntur: quod Arrestum sit species executionis, ab extraordinariis autem executionum modis sine plenariâ causæ cognitione nullus processus sit inchoandus per text. in l. un. C. de prohib. sequest. pec. sed ordinariâ viâ quivis ingredi debeat. l. 1. § 3. C. de Execut. rei jud. Coler. d. l. n. 102. Gail. d. tr. de Arrest. c. 1. n. 10. Veruntamen cum & olim arrestationis usus alicubi ex jure naturali receptus, & hodiè certis ex causis necessitate cogente, & æquitate suadente multis in casibus, quos latè & ordinè recenset Coler. d. tr. de Process. Exec. p. 1. c. 2. n. 106. § seqq. admittus fuerit, non prorsus à jure alienus dici potest Gellius lib. 20. c. 1. scriptum reliquit: confessis olim convictisq; debitoribus 30. dies ad quærendam pecuniam datos, intra quos solutionem contracti æris alieni facerent, quâ non præstitâ, nervo ac compedibus victos fuisse, & ita manuâ injectionem esse factam. Sic & jus naturæ quatenus personæ & rerum cujusq; defensionem, adeoque ipsam æquitatem concernit, hujus usum permisisse, in propatulo est: æquitas enim illa dependet & promanat ex sola utilitate. Peck d. tr. c. 2. n. 2. Horum itaq; casuum intuitu, in quibus ipsa necessitas, quæ sæpè licitum facit, quod aliàs est illicitum. Gail. de sequest. Poss. & fruct. c. 2. n. 18. efficit, & æquitatis ratio permittit, ut à manuâ injectione initium fiat, dicendum erit, non solùm juri communi eam esse conformem, sed etiam ab illo prodire & nasci Peck d. c. 2. n. 5. Bened. Curtius de Arrest. amor. c. 8. ver. potest enim: Proinde regulam illam suprà dictam generalem de Arrestis necessariis non voluntariis intelligendam volunt Gail. tract. de Arrest. c. 1. n. 7. Mynsing. obs. 35 n. 3. Cent. 5. Cons. lib. 3. miscell. c. 2. n. 6.

VI. Traditis hisce, ad ipsam definitionem nos convertemus, illa enim vim & naturam rei demonstrat Everb. in Top. loc. d. Defin. Cùm verò rem definire, res sit periculosa, præsertim in jure l. 202. de R. J. Yalla lib. 6. c. 36. aliqualem potiùs descriptionem, quàm perfectam definitionem formare & adferre lubet. Arrestum

restum itaq; sive arrestario, de qua nos maximè loquimur, est remedium juris pro majore creditoris assecuratione introductum, seu, quod propius ejus naturam accedit, est Interdictum ad creditoris, qui periclitatur de suo debito, instantiam contra ipsum debitorem difficulter executiendum, ne se vel bona possidentia loco moveat, priusquam ipsius querelæ sit satisfactum à iudice vel Magistratu loci, cui ipse debitor cum bonis subjectus est, licitè decretum. Genus itaq; Arresti duplex constitui potest, Remotum & Proximum. Remotum seu mediatum est Remedium juris, & quidem executivum, quia eo ipso creditoribus succurritur, quo eò citius debita restituantur. Proximum verò & genuinum sive immediatum genus est interdictum, eò quòd rerum amotio interdicatur. *Molinae cæterisq; dicitur Impedimentum, uti dictum sup. th. 4.*

VII. Dividitur Arrestum in voluntarium seu conventionale & extrajudiciale; & necessarium seu judiciale. Illud est rei vel personæ apprehensio quælibet meram partium voluntate & conventionem cum causæ cognitione facta; quæ licita omnique tempore & casu permittitur, quia juris nomen meretur. Hoc rō, de quo & nos principaliter agimus, tale est, quod ipse iudex ex jurisdictione, quâ munitus est, necessitate, causam non prius cognitam, sed receptam tantum summariam fide de debito, impulsu alterius partis, creditoris sc. præcipitanter decernit, & dicitur facti, ideoq; regulariter, secundum ea, quæ tradita in th. 5. Illicitum, omniq; jure prohibitum: *God. in disp. de Sequest. th. 6. 7. & 8.* Quod iterum non incommodè dispesci potest in Reale & Personale; quia non saltem bona sive res alicujus, sed etiam ipsæ personæ illo detinentur *Coler. de Proc. Execut. in Prefat. n. 2 7. Peck. d. tr. c. 4. & 5 in princ.*

IX. Cognitam jam Divisionem, rectè progrediendum erit ad ipsas causas, quarum prima est Efficiens; & hæc vel remota, vel propinqua, vel proxima. Remota est lex generalis ex jure gentium & naturæ promanans, quæ legitimum quemvis Magistratum jurisdictionis clypeo armatum, & munitum voluit, & ita per quandam consequentiam executionis modum in res & in personas debitorum permisit: ipsam enim jurisdictionem, exclu-

UNIVERSITÄT  
ZV HALLÉ

exclusa executione, non absolutam & planè imperfectam esse constat ex l. 2. §. 13. ff. de Orig. Jur. l. fin. ff. de offic. ejus cui mand. est. jur. l. 2. ff. de jurisd. Hujus usus & gentes olim approbasse demonstratum fuit ex Gellio l. 8. Cum verò ab executione processum regulariter non posse inchoari sæpius dictum sit, alia causa, & quidem magis propinqua investiganda erit. Hæc est lex specialis seu consuetudo particularis ob justas & certas causas introducta, inq; certis quibusdam casibus admissa & confirmata. Prout de Arresto Gallico loquitur Molin. in Consuet. Paris. tit. 2. gl. 1. Verb. arrestar. n. 3 & 12. Unde Hilliger. in Donell. enucl. vol. 2. l. 17. c. 14. lit. L. in not. Detentiones arrestorum moribus potius quàm juri Romano acceptas ferendas statuit. Proxima causa est Petitio creditoris tanquam Arrestantis, & concessio judicis tanquam decernentis & detentionem mandantis. Ampliss. Dn. D. Arum. Præceptor meus æternum honorandus libr. 2. Decis. dec. 4. n. 35. Coler. de process. Execut. p. 3. c. 11. n. 64. Constit. Elect. p. 1. Const. 29.

IX. Causa <sup>impulsiva</sup> seu impulsiva respectu creditoris est mora debitoris, quam committit in satisfaciendo eo, quo ipsi creditori obligatus est; aliàs etiam esse potest, fugæ vel inopiæ suspitio, itemq; metus dilapidationis & diffidentia, Coler. d. tr. p. 1. c. 2. n. 122. Respectu judicis est continua & assidua instantia creditoris, quia ad privatam partis utilitatem non partitur judex officium suum, nisi fuerit imploratum juxta l. 4. §. Hoc autem. 8. ff. de Dam. infect. Et ita judex se habet tanquam instrumentum; quippe qui dicto modo imploratus per se vel ministros suos manus injicit ac detinet. l. 68. ff. de rei vind. l. 5. §. missus. 27. ff. Ut in poss. Legat. caus.

X. Arrestum itaq; constituunt & perficiunt Creditor & Magistratus sive judex, ille impetrando & impellendo, hic decernendo & detinendo. Ampliss. Dn. D. Arum. l. 2. Dec. Dec. 4. n. 35. & Dec. 7. n. 6. Constit. Elect. p. 1. Const. 29. Coler. d. tr. p. 1. c. 2. n. 207. Creditorem hic intelligimus non eum solùm, qui ex causa mutui, sed ex quovis alio negotio alterius fidem secutus est, l. creditores 3. C. de pign. imò etiam ex delicto per l. pecunia. 178. §. Adionis ff. de V. S. l. 1. cui 42. §. fin. ff. de O. & A. Ideoq; nihil refert, cujus-



cujuscunq; etiam generis sit, cui quid ex quacunq; causa legitima debetur *Coler. d. tr. p. 2. c. 2. n. 1. Peck. de jur. sst. c. 3. n. 1.* cum ipsius gratia Arrestationis usus adinventus usq; receptus sit.

XI. Dictum est creditorem cujuscunq; generis. Hinc quaeritur 1. Anne etiam sub ista generalitate sit comprehensus excommunicatus? Quam in quaestione sententia *Panormitani in c. cum inter extr. de Except. & Peckij d. c. 3. n. 1.* standum duximus, qui ipsi facultatem arrestandi non denegandam censent; ne tamen indistincte contra quemvis debitorem, sed tantum contra fugitivum vel de fuga suspectum ea utatur. *Peck. d. l. 2.* An creditoris procurator: Ubi iidem a sententia *Peckij & Coleri* tanquam affirmativa non recedimus: Quicquid enim alicui per semetipsum ut expediat, licitum est, id ipsum etiam alius quidam de mandato ejus peragere potest, *l. 1. §. 2. ff. de Procur. c. Potest & c. Qui facit de r. 7. in 6. Facit huc gl. illud decidens unica & singularis in l. 1. C. ubi quis de Cur. & Cohort. juncto textu.*

XII. Et praecedenti quaestione emergit etiam illa controversia non adeo levis: Utrum sufficiens sit in procuratore, istiusmodi pro exactione debiti mandantis creditoris generale mandatum ad lites & ad causas, vel adhuc alio speciali ipse opus habeat? Quamvis non desint, qui pro posteriori quaestione parte acriter & alacriter pugnant, certis quidem rationibus & fundamentis non destituti. Priores tamen, quin defensores sumus, nihil causae videmus. 1. Quia concessio consequenti, omne necessarium antecedens, sine quo ad illud perueniri haud potest, videtur concessum, *l. 15. C. de Fideicom. l. 2. ff. de Jurisd. l. ad rem §. 6. l. ad legatum. 62. ff. de Procurat.* 2. Quia casus iste non meretur locum inter illos speciale mandatum requirentes, quos ordine recenset *Specul. in tit. de procurat. §. 1. n. 4. & seq.* & notat *Gloss. c. Qui ad agendum ext. de procurat. in 6.* Hanc itaque casum sub generali mandato contineri judicandum erit, cum inclusio & expressio aliquorum exclusionem aliorum operetur *Nonne. de Presumpt. l. 12. ff. de judic.* ac quod certis vel aliquibus in casibus prohibitum est, in aliis non prohibitis censetur permissum *l. 18. ff. de Testib. l. questum 12. §. 38. ff. de instruct. vel instr. leg.* Posito quidem, quod procurator per generale mandatum hoc praestare

non

UNIVERSITÄT  
ZÜRICH

non posset, attamen ratihabitionem in his, quæ requirunt speciale mandatum, sufficere probatum dari potest *ex l. 26. §. 1. ff. de Minor.* Namq; in quibus dubium est de speciali mandato, sufficit de rato cavere, *Spec. d. tit. de Proc. n. 6.* Suffragatur huic assertioni *Job. Baptista Caccialupus in suo sing. tr. de Debit. susp. & fugit. g. 2. princ. n. 1.* Alterius partis fundamenta *ex Coler. de process. Exec. p. 2. c. 2. n. 37. & Peck. de jur. sff. c. 3. n. 4. peti possunt.* Huc etiam latorem vel exhibitorem literarum obligatoriarum referri volunt.

XIII. Præter hæc enumeratas jam personas etiam adhuc aliæ jure detentionis & arrestationis gaudent: ut sunt: 1. Hæres creditoris, qui etiam intra tempora conficiendi inventarii utitur isto jure. *Boër. Dec. 10. n. 3. & Dec. 33. n. 1.* nisi fuerit restrictum per particulam taxativam ad solum creditorem, *Col. d. tr. p. 2. c. 2. n. 27.* 2. Cessionarius: cum enim in eum translatae sint actiones, & jus sibi à creditore cessum habeat, primum creditorem juris interpretatione repræsentare videtur *l. 2. C. de Donat. diciturq; in qualibet dispositione Creditor l. ab Anastasio 23. C. Mandati.* 3. Tutores & Curatores; cum ipsi in rebus pupilli dominorum loco habeantur. *l. 2. & 3. ff. de Administ. tut. Col. d. c. 2. n. 30.* 4. Fidejussor, & quidem ille, qui realiter nondum exactus est, timet tamen manus injectionem, ut indemnis ab arrestatione servetur: non enim sit deterior e conditio fidejussoris, quam principaliter obligati, quia nullo jure cogente, sed ex mera liberalitate & amore proximi fidem suam interponit. 5. Litis confors, quoniam potest pro consorte agere & excipere. *l. 2. C. de Consort.* 6. Socius, in quo eadem fermè ratio locum habet, quia socii dicuntur tacitum inter se habere mandatum ad ea, quæ sunt utilia societati *Dd. ad l. Nemo 35. ff. pro socio.* 7. Caupones & hospites, nam, cum publice inter sit habere hospitia pro peregrinantibus, & tales esse homines, qui extraneos & advenas recipiant *l. 1. §. l. nauta. §. ff. naut. caup. stab ut rec. rest publica quoq; utilitas exigit, ut ipsis solutio consumptorum sine mora præstetur, ne ratio non receptæ solutionis affecti ab instituto desisterent alios deinceps advenientes suscipere recusent. Virg. Pingit. Quest. illustr. Sax. g. 58. n. 16. & n. 22.* 8. Persona conjuncta, cum

ea sine mandato pro conjuncto agat *l. non solum. 3. ff. solut. matr.*  
*l. fin. §. fin. C. de furt.* si modò caveatur, eum, pro quo agit, id ra-  
tum habiturum *per l. sed & h. 35. ff. de Procur.*

XIV. Constat ex antecedentibus, in primis verò ex *th. 10.*  
in omni arresto desiderari petitionem arrestantis & concessio-  
nem judicis, & quidem non sine ratione: nam generaliter tradi  
solet; quod in omni actu, ad cujus perfectionem alterius con-  
sensus requiritur, sola unius petitio non sufficiat, nisi & impe-  
tretur. *Consulti §. Dn. D. Arum. d. l. 2. Dec. Dec. 7. n. 4. & ibi all. Cl.*  
*ad h. ac. de statu Monach. c. si religiosus, de Elect. in 6.* De priori  
membro jam actum, restat posterius, quod spectat personam  
judicis. Sit autem ille ordinarius, qui aliàs competens dicitur,  
*ut in l. Dotis §. C. solut. matr.* & hìc justè, si tamen petitio & in-  
stantia creditoris præcesserit, arrestum decernendi licentiam  
habet, aliàs proprio motu pro privati alicujus commodo ad  
detentionem non debet proferre, *l. 4. §. Hoc autem. ff. de Dam.*  
*infect.* Licet quodam in casu illud admittendum monet *Johan.*  
*Bapt. Caccialupus de Debit. susp. & fugit. §. pr. 4. n. 2. & 3. & §. 9. pr. 7.*  
*n. 1.* si nimirum suspectus vel fugitivus intra territorii limites  
deprehensus detinetur, cum tales ubiq; forum sortiatur, ubi ju-  
risdictionis rationem habendam, idem scribit, & pro compe-  
tente ipsum censendum, qui aliàs incompetens est. Ex judicis  
postmodum mandato ipsius ministri sive Apparitores Arrestum  
denunciare possunt. *Rebuff. ad Ordin. reg. Gal. l. 3. art. 2. gl. 4. n. 8.*  
*tit. de Citat.* Requiritur tamen, ut talis executor de mandato ju-  
dicis doceat, & fidem literis commissarialibus monstrando fa-  
ciat: alioquin impunè resistitur *l. fin. ibi. jussu nostro C. de bon. va-*  
*cant. l. prohibitorium. C. de jur. fide. Marant. in spec. p. 6. de Cit. n. 78.*  
quia res causæ cognitionem desiderat *l. si fidejussor. 7. §. fin. ff. Qui*  
*faria d. cog.* Quod & Saxonum jure probatur *Coler. de Proc. Exec.*  
*pag. 2. c. 1. n. 2. & 3. Molin. in Constit. Paris. d. gl. 1. n. 102. & 103.*  
*cum seq.*

XV. Hastenùs de causa efficiente, jam ad materialem  
transitus fiet, & agendum de Subjecto ipsius Arresti, quod non  
solum in bonis sive rebus; sed quoq; in ipsa debitoris persona  
constituitur *Budaus in l. fin. ff. de Senat.*

lis est; Quemvis debitorem & cuiusvis debitoris bona fisci & detineri posse Peck de jur. fift. c. 4. § 3. in pr. Coler. d. tr. p. 1. c. 3. n. 47. Verum cum lex & privilegium tum personas tum res quasdam ab hac executionis specie exemptas voluerit, adductam illam regulam suas pati exceptiones & limitationes quis affirmabit. Dispicimus itaque porro, qui & quorum bona legitime arrestantur, subjecturi postmodum, qui privilegio se tueri possunt.

XVI. Personarum arrestatio dependet vel ex proprio facto vel alieno. Ob proprium factum detinetur Debitor, qui principaliter cum creditore contraxit. Debitum vero aliquando in ipso facto, ut puta, si quis non praestiterit opus, ad quod praestandum fuit obligatus. Peck d. tr. c. 4. n. 7. ubi extat ejusmodi exemplum de vitriario quodam fugitivo Lovanii ad Arrestum damnato; aliquando in quantitate; aliquando in delicto vel quasi consistit. De Clericis dubitatur, An Clericatus ipsis quid officiat, ne aequè ac Laici detineri possint? Commune sententiam non putamus absurdam, quæ negativa defenditur. *per e. cum venissent per verb. Vellent procedere extr. de eo qui mit. in poss.* Ubi dicitur: quod in iis, quæ ad processum pertinent, etiam in foro Ecclesiastico sit standum consuetudini laicorum, eò magis, si nihil turpitudinis continens spectat ad abbreviandas lites & constitutus de in Integ. rest. Cum vero Clerici, exceptis iis, qui de fuga sunt suspecti, per laicos distringi nequeant, necessum erit, ut tali Arrestioni accedat iudex Ecclesiasticus. Peck d. tr. c. 4. n. 14. c. 1. § 2. c. si diligenti extr. de for. compet. c. Clerici 8. de judic. Borcholt. de Vend. c. 10. n. 22. Myus, Cent. 2. Obs. 67. Ubi recensentur aliquot casus, in quibus auctoritas iudicis Laici contra clericum quid habeat roboris. Dubitatio alia hic moveri solet de Debitore ad tantam inopiam redacto, ut manifestè constet, ipsum solvendo non esse, an nihilominus talis arresto praegravari possit? Non quidem à veritate alienum est illud vulgatum: *Da nichts ist / verleiure der Keyser sein Recht / cum nudo nihil possit detrahi. nam is c. ff. de dol. mal. c. olim. i. de Restit. spoliat.* non tamen hoc in calu tantum negotii facessit, ut talem debitorem omninò ab Arrestatione liberum pronunciemus: potest enim

enim in hoc damnari, ut operas suas præstet creditori, vel ex mercedibus diurnis, alimentis tamen necessariis prius deductis, tantum corradat, unde satisfaciat creditori *Peck. d. c. 4. n. 1.* Hoc, quamvis de jure civili in ambiguum vocari possit propter *l. ob es 12 C. de O. & A. Comf. 3 misc. c. 13. n. 12* De jure tamen Saxónico hænationem nullam patitur. *Landt. art. 39. lib. 3. in pr. & W. tchb. art. 27. circ. sin. junct. a gloss. Schneidw. in §. Item Serviana n. 56. Fachf. diff. Jur. Civ. & Sax. 10. Reinhard. p. 4. diff. 12.*

XVII Ob alienum factum hæsi possunt 1. Hæres debitoris; quia una censetur cum defuncto per persona inspectione, juris *l. heredem. 59. ff. de R. J. Novell. 48. in pr.* ideoq; ad quod potest compelli defunctus: compellitur etiam hæres *l. 44. in pr. ff. ad SC. Trebell. Rebuff. ad Ordin. Reg. Gall. tom. 1. art. 6. gl. 3. n. 74.* & ex persona hæredi qualitas seu natura debiti non alteratur *l. 2. §. ex his ff. de V. O.* Hoc potest extendi ad quemcumq; hæredem, sive testamentarius, sive legitimus sit, & ad quemvis successorem obligatum ad debita defuncti, *l. quod in hærede 9. in pr. ff. de trib. act.* Hæredis enim appellatio non solum ad proximum hæredem, sed ad ultteriores refertur *l. hæredis 170. ff. de V. S. Rebuff. d. tom. 1. de lit. oblig. art. 8. gl. 1. n. 1.* 2. Fidejussor, maxime si de fuga suspectus sit, quia ipse debitoris principalis locum obtinet, ejusdemq; sub appellatione non raro continetur *l. si servum 91. §. 4. ff. de V. O. l. si is cui 49. §. Julianus 6. de Leg. 1. Rebuff. d. tom. 1. art. 11. gl. 3. n. 24. & seq.* 3. Institor, si nimirum creditor ipsius fidem potissimum securus, vel si ipsi à domino pecunia ad satisfaciendum fuit tradita *l. 1. C. de O. & A.* 4. Debitor debitoris, si verus debitor non habet, unde solvat *Rebuff. in Constit. Reg. Gall. tom. 1. art. 7. gl. 1. n. 13. Berlich p. 1. Concl. 51. n. 13.*

XIIX. Res, quæ Arresto obnoxie, sunt tam mobiles quam immobiles *l. 1. C. de Præ. pign. Coler. de Proceff. Execut. p. 3. c. 11. n. 58. Berlich. p. 1. Concl. 50. n. 22.* Mobiles sunt tales; quæ vel per se moveantur, ut equi, jumenta & similia; vel aliorum adjumento, ut res utensiles, pecuniæ, suppellex, in quibus omnibus regulariter Arrestum fieri potest. *l. 5. in pr. C. quorum appell. non recip.* Immobiles, quamvis propriè & per se libere sint ab Arrestatione, rectè tamen fructus manuum injectionem patiuntur *d. l. 5.*

c. 1. Et tit. extr. de sequest. pos. & fruct. Non excludenda hic erit arrestatio nominum, sive debitorum debitoris, si quis enim alius debitori meo principali ex contractu quid debet, ipsius quoque bona sibi possunt. l. heres 21 ff. ad sc. Trebell. tot. tit. C. Quando fisc. vel priv. deb. Rebuff. in Const. Reg. Gall. de lit. Oblig. tom. 1. art. 6. gl. 3. n. 63. & 64. Franc. Curtius in tract. de Sequest. n. 60. Hoc loco non inconvenienter indagari solet, Utrum creditor res proprias apud alium arrestare possit? Affirmantibus calculum adjicimus: Quamvis enim Arrestum naturam pignoris prætorii sapere videatur, rei autem propriæ pignoris esse non possit. l. si rem 41. ff. de Pign. act. l. neq. pignus 45. ff. de R. J. attamen cum non fiat Arrestum novi juris acquirendi gratia, sed ne res furto forsitan ablata, aut vi erepta eò transferatur, unde postea nec revocari nec vindicari possit, rei propriæ arrestatio non erit prohibita. Huic assertioni subscribunt Boer. Decis. 218. & Rebuff. ad Const. Reg. Gall. tom. 1. art. 6. gl. 3. n. 62. Cui affinis est illa quæstio? Num etiam Arrestum pro re quavis minimâ sit concedendum? Negativa an possit defendi, disputationis monstrabit exercitium.

XIX. Progredimur ad eas personas, quæ Arresto non subjacent, propter prærogativam, quam præ reliquis supra enumeratis debitoribus etiam quoad bona habent specialem & singularem. Gaudent verò ea, milites cum togata tum armata militia: Illi quidem non armis bellicis, attamen consilio & sapientia operam navant Reipubl. quales sunt Doctores, Advocati & Studiosi: Ut enim Doctores ob æs alienum in carcerem detrudi nõ possunt. l. ne quis 3. C. de Adv. div. jud. gl. in l. Medicos 6. C. de Profess. & Med. Caccialup. d. tract. q. pr. 5. n. 9. Aleiat. lib. 1. de V. S. pag. mibi. 13. sic etiam Arresto non debent detineri. l. d. 6. C. de Profess. Cöler. de process. Execut. p. 1. c. 6. n. 149. & p. 2. c. 3. n. 153. Berlich. p. 1. Concl. 51. n. 16. & 17. quamvis de facto hoc non observari multi conquesti sunt. Peck. de jur. sist. c. 5. num. 13. Hoc verò privilegium non tantum competit Doctoribus, qui in Academiis publico & solenni ritu renunciati, sed & iis, qui à Comitibus Palatinis nomine Imperatoris creati sunt, quos vulgò

vulgò Bullatos appellare solent, quia eodem cum ipsis utuntur  
jure. *Magnif. Dn. Preses in Disp. de Priv. Schol. tb. 5. Amplif. &*  
*Consultif. Dn. D. Arum. in Discurs. ad Ann. Bull. tb. 5. Treurvol. 1.*  
*disp. 1. tb. 7. h. A.* Studiosis ita provisum est in *aut. b. Habita C. ne*  
*filii pro patre*, ut, qui temerario ausu contra eos Arrestum in-  
tentant, non solum infamiae notam incurrant; verum etiam  
ad quadrupli poenam compellantur. *Peck. de jur. sst. c. 5. num. 1.*  
*Rebuff. in tract. de privil. Schol. c. 83. & c. 122.* Ubi Tholosæ Anno  
1525, nonnullos ad laqueos damnatos se vidisse refert, quod Stu-  
diosorum libros arrestatos combussissent. Privilegium quoq;  
hoc cum Studiosis commune habent, primò eorum parentes, si  
nimirum ad Academies filios visitatum iverint. *Dn. Quirin*  
*Cubach. cent. 3. quest. illustr. Dec. 9. q. 4.* Deinde Pedelli aliiq; de-  
inceps, qui in ipsorum familiam recenseri possunt, quiq; ipsis  
serviendi operam navant: *Peckius d. tract. c. 5. n. 3. 4. & 5. Idem*  
*ad c. privilegium personale de Reg. Jur. in 6. Rebuff. d. tract. de*  
*privil. c. 77. Sichard in d. aut. b. Habita n. 11. Berlich. d. Conc. 51. n. 10.*  
*& seq.*

XX. An autem quisq; Studiosorum quovis loco & tem-  
pore contra Arrestum munitus sit, non usquequaq; est expedi-  
tum? Negativam ipsa Consuetudo, quam ab æquitate & ra-  
tione non alienam putamus exigere videtur. Si etenim de  
fuga sunt suspecti, & periculum adest, creditorem aliàs nun-  
quam debitum consecuturum, arrestatio contra eos permitti-  
tur, nè & alios defraudandi occasio sub hac privilegii specie  
ipsis detur. *l. flegationis 25. ff. de jud. l. 2. C. de priv. Schol.* Ex qua  
etiam liquet, privilegium hoc cessare in iis, qui atrox aliquod  
delictum perpetrarunt. *Novell. 17. c. 5. in pr. Sichard. in l. un. n. 6.*  
*C. de Nundin. cum studiorum gratia introductum sit, idè nec*  
*locum habet in iis, qui se profitentur Studiosos, animum tamen*  
*non studiis, sed aliis rebus intendunt, licet ipsorum nomen in*  
*album vel matriculam Universitatis relatum sit. l. scriniarios 16.*  
*C. de test. milit. Sichard. ibid. Gail. 2. obs. 118. n. 8. & tract. de Arrest.*  
*c. 10. n. 10. Sneyd. in §. Item Romæ n. 6. Inst. de Excus. tunc & in pr. n. 10.*  
*l. ff. de test. mil. Magnif. Dn. Preses d. disp. de priv. Schol. thes. 20.*  
*l. ff. de test. mil. 21. & 22.*

XXI.

UNIVERSITÄT  
ZV HALLÉ

XXXI. Hi verò, armati scilicet milites armis rutilantibus  
Rempublicam defendunt l. 1. ff. de Testam. milit. quale sunt mi-  
lites propriè sic dicti, & Nobiles, qui pro serviitiis militaribus ob-  
eundis feuda à Dominis obtinentes actu quidem non militant;  
potentià tamen & habitu pro veris militibus habentur. *Kobl.  
Execut. Legal. l. n. 27. Coler. d. 27. p. 1. c. 6. n. 125.* Parem causam  
cum militibus habent, qui comiteatum, ve & galia & alia neces-  
saria exercitui advehunt. *l. semper. §. 3. ff. de jur. immunit. l. 1. C.  
de Navic.* Hi denique agregandi sunt 1. omnes Consiliarii  
& Advocati Principum, qui nec alibi conveniri debent. *l. 3. §. 5.  
S. fin. C. de Advocat. divers. jud.* 2. Legati, ipsi enim privilegium  
& jus revocandi domum habent. *l. 2. §. 3. §. 1. 8. ff. de judic. c. ult.  
ext. de for. comp. Johan. Jacobus à cambus tract. de Repress. n. 44.  
Coler. de process. Execut. p. 2. c. 3. n. 191. Berlich. d. concl. 51 n. 25.  
Peckius de jur. sist. c. 5. n. 9. §. 10.* 3. Qui literas dilatorias vel  
moratorias à Principe impetratas habent; sive sunt annales,  
sive quinquennales. *Peck. d. c. 5. n. 17. Rebuff. tom. 2. tit. de Dilat.  
art. 1. gl. 1. n. 61.* 4. Qui tempore contractus non fuit solvendo.  
*Peck. d. l. n. 24.*

XXXII. De muliere debitrice quid sentiendum, ambiguum  
habet disquisitionem? Sunt enim, qui privilegiatis supra dictis  
personis eam indistinctè annumerandam censent; quia de ju-  
re novo seu authenticorum, ne quidem pro civili debito ex pa-  
cto etiam quocunque capi debeat. *Novell. 134. c. 9. & inde de-  
sumta. aurb. Hodie. C. de Custod. reor. cum Aurb. Sed hodie. C. de  
offic. dro. jud. Rebuff. in Constit. Reg. Gall. tom. 1. tit. de Lit. Oblig.  
art. 11. gl. 3. n. 32.* Ubi tamen in honestà muliere illud saltem  
admittendum putar; & hanc sententiam communem esse ex  
Gomez. probat *Coler. de proc. Execut. pag. 116. §. n. 109. §. 110. p. 2.  
c. 3. n. 199.* Contrariam verò tenent *Peckius de jur. sist. c. 5. n. 14.  
Berlich. d. Concl. 51 n. 21.* Quibus nos quoque fasces nostros  
submittimus: Diversum enim est ipsum Arrestum à capturâ &  
incarceratione *Peck. d. l. §. c. 1. n. 5. Molin. ad Consuet. Paris. tit. 2.  
gl. 1. n. 3.* Ubi autem diversa ratio à separatis malâ infertur *l. 20 ff.  
de Min. Everb. in Top. lot. à Separatis.*

XXXIII.



XXIII. Digna quoq; est discussione quaestio: An cadaver  
vel corporis alicujus debitoris mortui ob res alienum arresto de-  
rineri, vel ejus exequiæ ad justam usque debiti solutionem  
impediri possint? Affirmativam defendunt mordicus. *Angelus*  
*in auct. ut defuncti seu funera eorum n. 1. seu in Novell. 60. c. 1.*  
& *Marsilius in l. fin. n. 63. ver. 93. verb.* Item adde etiam *pradi-*  
*ctis ff. de Quæst.* Negativam tamen veritati juris convenire  
existimarem per text. in *l. fin. C. de sepulc. viol. l. 38. ff. de Relig. &*  
*sumt. fun.* nec desunt rationum momenta hanc sententiam  
confirmantia: Impium enim & ignominiosum, imò ab omni  
humanitate alienum est, defunctorum cadaveribus sepulturam  
denegare *d. l. fin. Gail. de Arrest. c. 11. n. 28.* Quia publica utilitas  
hoc maximè fligitat, ne forsitan tota civitas fetore noxio & pe-  
stiferis humoribus incendatur. *l. 43. ff. de relig. & sumt. fun.*  
*Peck. d. tract. c. 5. n. 23. Coler. d. rr. p. 2. c. 3. n. 428. & seq. Didac.*  
*Covar. l. 2. Variar. resolut. c. 1. n. 10* Ubi copiosam hujus qua-  
estionis tractationem instituit. Dictam prohibitionem ne-  
gligens non saltem debitum amittit, & aliud tantundem here-  
dibusolvere cogitur: sed quoque tertiæ partis omnium  
bonorum confiscationem cum infamix macula patiatur.  
*Novell. 60. c. 1.* quæ & rationem hujus suppeditat non obscu-  
ram.

XXIV. Res licet sint separabiles à personis, ipsum tamen  
privilegium aliquando conjunctim personis & rebus conce-  
ditur. *Peckius ad c. Privilegium person. de R. J. in 6. n. 5.* Hinc  
est, quod Arrestum effugiant libri Doctorum & Studiosorum,  
& quæ alia studiosorum gratiâ apportantur. *Rebuff. in l. Nepos*  
*Proculo 125. de V. S. vers. imò hodie, & de privil. Schol. priv. 19 & 113.*  
*Item in Constit. Reg. Gall. rom. 1. de Lit. Oblig. art. 6. gl. 3. n. 68.*  
Eorum enim interest habere libros, quo munus suum dextrè  
obire valeant. *Sneid. in §. Item Serviana Instit. de Act. num. 43.*  
Eandem habent rationem Doctorum salaria & honoraria,  
item stipendia, quæ Studiois pro continuatione studiorum ex  
publico erogari solent. *l. 40. ff. de re jud. l. stipendia 4. C. de Execut.*  
*rei jud. id quod tamen cum micâ salis accipiendum monet.*  
*Coler. de process. Execut. p. 2. c. 3. n. 146.* Si enim nulla alia super-  
sint

C

UNIVERSITÄT  
ZV HALLÉ

Ant boni, in quæ executio cadat, vel si Dd. & Studiosi libros & stipendia turpiter prodigant & dissipant, vel denique si in vivis superesse desiderint, detentio in rebus ipsorum locum habet. *l. 14. §. 1. ff. de relig. & sumpt. fun. Menoch. Remed. 11. n. 12. Recup. poss. cum, cessante causâ privilegii, cesset privilegium ipsum. c. cum cessante extr. de Appell.* Sunt & alii casus, in quibus arrestatio hæc procedit, & habentur in *rb. 20.* iis itaque enumerandis hic superfedemus.

XXV. His proximè accedunt arma & equi militum, si modò iis utuntur ad defensionem Reipublicæ. *Alciat. ad l. 125. n. 12. de V. S. Coler. d. tr. p. 2. c. 3. n. 132.* An autem hoc privilegium hodiernis militibus factum testum conservari possit, eleganter disceptatur? Sunt quidem non pauci, quorum palato negativa arridet, cum ordinem & solennitatem assumendi milites in desuetudinem abisse, dicant; nos tamen in affirmativam sumus procliviores, si nimirum ipsi, ut veterani ad honesta & licita bella sese obstringendo publica merent stipendia, in his enim eadem militat ratio, ob quam privilegium tale indultum est. *Sneid. in §. Idem & in milit. n. 4. Inst. de Excus. tur. Gail. 2. Obs. 118. n. 1.* Qui verò non tam militant, quam latrocinantur, inque viis publicis prætereuntes dolose agrediuntur & excipiunt, excepos nefariè spoliant, spoliatos miserè concutiunt, concussos pro delectamento habent, quorum hodiè (quod dolendum) in imperio tantus est concursus, ut vix ullus peregrinantium rapacissimas & sceleratas eorum manus effugere possit, & quilibet non legum præsidio, sed parietum vitam tueri hæctenus cogatur, hi non minùs indigni hoc & omnibus aliis militum privilegiis, quam poena coercendi, uti dispositum in *Const. D. Ferdin. Imp. in Recess. August. de Anno 1555. §. 6.* So haben wir *cum seq. & §. Wie sich aber.* reatus enim omnem honorem excludit. *l. 1. C. Ubi Senat. vel Clariss. Boterus in tract. de bello & duello c. 26. num. 7.* Animalia & instrumenta ad agriculturam pertinentia plenâ securitate contra Arrestum gaudent. *l. 7. & 8. auth. agricult. C. Quæ res pign. obli. non poss. Beck. de jur. fist. c. 5. n. 22,* nisi in subsidium aliorum bono-

bonorum deficientiam executioni subiciantur *Coler. de process. Execut. par. 2. c. 3.* Arrestum denique nil operatur in bonis Ecclesie. *per c. nulli. extr. de reb. Eccl. non alien. c. semel. 51. de R. 7. in 6. S. sacra. Inst. de R. D. l. sancimus. 21. C. de SS. Eccles.* Item in bonis feudalibus. *Coler. d. p. 2. c. 3. n. 282.*

XXVI. Expeditis hisce, paucis quoque, quæ ad Formam spectant, perpendemus. Forma alia est Essentialis, alia Accidentalit. Essentialis in his maximè consistit. *Primo*, ut Actor sive creditor judicem, & quidem competentem (qui, qualis hic intelligendus *dicitur est in thes. 14.*) adeat, principio justam arrestandi causam proponat, & postea factum seu debitum veritatis iter probando, qualem qualem illius fidem ipsi faciat. *Peck. de jur. sist. c. 16. num. 4. Rebuff. in Const. Reg. Gall. tom. 1. de Lit. Oblig. artic. 6. gl. 3. num. 43.* An eps hic movetur dubium: Utrum juramentum hoc in casu sufficiat ad probandum? Negativæ adhæret. *Rebuff. d. artic. 6. gloss. 3. num. 61.* Ubi multa simul requirit ad probationem necessaria. Nos tamen in contrarium trahit, quod hic procedendi modus probationem tam exactam & plenariam non exigit, eum ad nudam petitoris assertionem Arrestum sæpius concedatur, si potissimum hæc adjiciatur clausula; Quod petitor suo ipsius damno Arrestum imponi & judicis tribunal indemne servare velit. *Coler. de process. Execut. p. 2. c. 3. num. 39. & seq. Sneyd. ad pr. Inst. de Satis dat. num. 7.* *Secundo* Ut judex ad justam justè petentis creditoris instantiam simpliciter & in continenti sine omni citatione Debitoris aut Rei Arrestum concedat, idq; per Apparitorem suum denunciando officii ratione imponat: scientiam enim Arrestati non esse necessariam, habetur in *d. Const. Elect. 29. par. 1.* Et hoc consuetudine pervulgatâ & quotidiana approbatum esse testatur *Colerus d. tract. pag. 3. c. 11. n. 64. & seq. Vide Consultissim. Dn. D. Arumæum libr. 2. Decis. dec. 4. num. 35. & 36. Franc. Curt. tract. de Sequest. num. 40.* Ubi iterum duæ clausulæ observandæ sunt: In quantum de jure, vel in quantum juris ratio patitur, & ut tribunal servetur indemne *jurata l. si in fraudem 9. Cod. de legat. Coler. d. v. par. 2. c. 3. n. 36.*

C 2

CN103

UNIVERSITÄT  
ZÜRICH

cum seq. Non verò sufficit, ut Arrestum ita petatum & denunciatum sit, sed requiritur insuper, ut creditor per tria interval-  
la singula per unam quindenam distantia legitime illud prosequatur, & in tertio termino unà cum Arresti renovatione libellum arrestatorium exhibeat (quod tamen de consuetudinario & provinciali maxime intellectum volumus). *Cöler. d. stat. par. 1. c. 2. num. 207. Amplif. Dn. D. Arumæus d. Decif. 4. num. 26. Reinhard. pag. 4. diff. ult. Confit. Elect. 29. par. 2. Dan. Möl. ad d. Const. num. 1. & seqq.* Ubi concludit hanc formam specificè semper esse adimplendam.

XXVII. Accidentalium formæ, (quam hoc loco cum quibusdam sumimus pro qualitate quadam ipsam formam Essentiali concomitante; Undè potius Accidentis quam propriè formæ nomine exprimi solet) requisitum hoc est, ut diligenter inquirat iudex in concedendo Arresto circumstantiarum qualitatem. Habeat itaque primò certum personarum respectum, ne videlicet manus injectionis nævo aspergat famam illarum personarum, quæ in dignitate aliqua & exultatione summâ constituti privilegio aliquo contra Arresta munita sunt; cum enim privilegia tantæ sint auctoritatis, ut juri scripto derogare dicantur *S. sed & quod princ. plac. Inst. de 7. N. G. & C.* non negligenda, sed meritò in consideratione qualibet erunt adhibenda. Cæterum habeat rationem loci & temporis: non enim omni in loco & quovis tempore Arrestum imponendum est. Locus alius est generalis, alius specialis. Generalis est omnis ille, ubi debitor domicilium fovet. *l. 2. C. de jurisd. omn. jud. c. fin. extr. de form. compet.* idque non saltem dicitur ejus esse loci, ubi quis propriè domum habet, sed ubi latere rerumque ac fortunarum summam constituit. *l. cives 7. C. de incol. Alciat. in l. in lege 203. num. 5. de V. S. Matth. de Afflic. Dec. Neapol. 384. n. 7. & 15. Cöler. de process. Execut. p. 2. c. 1. num. 37. & seq.* Deinde, Ubi contractus est celebratus *l. heres. 19. §. 1. & 2. ff. de jud. Gail. 2. Obs. 36. num. ult.* Hujus autem nomine venit & ille locus, in quem solutio est destinata; cum & ibi contraxisset quis intelligatur. *l. contraxisse. 21. ff. de O. & A.*

O. & A. l. un. C. Ubi conveniatur, qui cert. loc. dar. p. som. & ibi  
Wesembec. in Paris. Et in hisce detinendi potestatem iudex ut  
exerceat, de jure communi licitum est. De Saxonico verò  
jure requiritur talis locus; ubi contrahens simul solutionem  
præstandam promissit *Berlich. pag. 1. Concl. 51. num. 36. & seq.*  
*Const. Elect. 30. p. 1. & ibi Moller. num. 2. & 3.* Locus specialis  
dici potest domus cujusque propria & privata, quæ quidem  
quoad privata, non verò fisco inferenda debita speciali immu-  
nitate contra processum arrestatorium cincta est: uti enim  
nemo in domo propria aut aliena, contradicente domino,  
capi pro debito simplici possit. *l. nemo ex domo, 103. de Reg. Jur.*  
ita ex rationis identitate apparet, etiam illud: quoad arrestum  
procedere. Quicquid de immunitate ædium privatarum  
dictum fuit, locum habet in Ecclesiis aliisque locis sacris, item  
Academiis seu scholis publicis. De hisce omnibus plenariè &  
ad amussim tractavit *Peckius de jur. sist. c. 6.*

XXIIX. Tempus aliud est feriatum vel nundinale; aliud  
sine feriis (quod *Ovidio lib. 1. Fast. dicitur nefastum*) vel ex-  
tra nundinas. Hoc quidem semper Arrestatio licitè fieri po-  
test, isto verò non item, excepto casu, si constat de mora,  
quæ videtur certissimum periculum allatura: tum enim hoc  
ipsium necessitatis ratio, quæ nullam habet legem, postulat  
*can. remissionem, 39. caus. 1. vers. sed notandum q. 1. c. 3. extr. de furt.*  
*Rebuff. in Constit. Reg. Gall. tom. 1. artic. 6. gl. 3. num. 60.* qui,  
quamvis generaliter Arrestum die feriato concedi posse assersit,  
subjicit tamen verba: si periculum est in mora, quibus no-  
stram opinionem confirmare voluit. Nundinarum tempo-  
re quod arrestum sit prohibitum, probatur *ex l. un. C. denund.*  
*& merc.* ratio in promptu est; favor scilicet ipsius mercaturæ,  
quæ cum tali gaudeat immunitate, eò diligentius & liberius  
abundantiam nostram felici cambio pensat, exportando ea,  
quibus nos abundamus, & advehendo, quæ DEUS alii regioni  
voluit esse peculiaris, quæque ad vivendi rationem maximè  
sunt conducibilia. Num verò mercatores in illis locis, per  
quos ad nundinas transire coguntur, arrestari possint *Dd. con-*

C 3.

tro-

UNIVERSITÄT  
ZV HALLÉ

troversum fecerunt? Nos cum *Peck. d. tract. c. 10 n. 4.* negantibus assentimur: alias enim permulti ad nundinas nec ire nec ab ipsis redire justo tempore possent. Hæc tamen prohibitio restringenda est ad eos contractus, qui ante nundinas, non qui in ipsis nundinis facti & celebrati sunt. *l. hares. 19. §. 2. ff. de jud. Hiliger in Donell. Enucl. p. 2 l. 71. c. 14. lit. L. in nor. Coler. de Proceff. Execut. p. 1. c. 3. n. 47. Berlich. p. 1. Concl. 53. n. 8. p. 1.* Cessat quoque dicta prohibitio in debito jurato *Peck. d. tr. c. 10. n. 3.* Nec quicumquam roboris habet in relegatis, bannitis & hostibus. *Berlich. d. l. n. 13.* privilegia enim nunquam ad sceleratos sunt extendenda. *l. 2. C. de priv. Schol. Novell. 17. c. 5. in princ.* Et denique si debitor immunitati nundinarum proprio motu renunciavit *Peckius d. tr. c. 12. n. 1. Berlich. p. 1. Concl. 53. n. 11.*

**XXIX.** Ad finem progressum nostrum ut dirigamus, ordinis ratio postulat. Estque ille vel prius & principalis, vel à primo ortus & minus principalis. Primus & principalis est utilitas privata seu commodum cujusque agentis; eod enim maxime Arrestum intenditur, ut creditor aut ipsum debitum, aut saltem illius, præstita satisfactione, securitatem adipiscatur. *Coler. d. tr. p. 1. c. 8. n. 18. & n. 55.* Minus principalis est utilitas seu tranquillitas publica, cujus multum interest, quemlibet habere res proprias & salvas, & ut periculum scandali armorumque maturè deflectatur; alias enim de debito injustè defraudatus ansam haberet fortunis debitoris inhiandi ipsique vim inferendi, ex quo sequeretur postea publici status dissipatio, pacisque turbatio non exigua.

**XXX.** Effectus Arresti præcipui sunt subsequentes. *Primus* est, quod debitor alias lentus in solutione tædio arresti affectus ad satisfaciendum eò facilius compellatur, vel sibi quærat aliū, qui ipsius nomine aut solvat, aut alio quoque modo hanc molestiam ab ipso declinans securum reddat creditorem. *Coler. de proc. Exec. p. 1. c. 8. n. 18. Gail. tr. de Arrest. c. 1. n. 15. Secundus;* quod vim quandam tacitæ hypothecæ operetur, & quidem talem, quæ tanquam affixa & agglutinata ipsi rei debite adeo inhaeret, ut transeat ad quemcumque possessorem etiam singularem *arg. l. si debitor. 12. & 13. C. de distr. pign. l. pignoris. 17. l. grege*

grege. 13. § 3. ff. de pign. & hypoth. cumq; res ad tertium possessorem pervenerit, habeat creditor contra eum actionem hypothecariam, excussione tamen principalis debitoris antea præmissa. Nov. 4. c. 2. & inde desum. aurb. Sed bodiè. C. de Obl. & Act. Col. d. tr. p. 2. c. 3. n. 453. & p. 3. c. 11. n. 26. n. 39. in fin. Huic accedit & tertius ex priorè dependens: demonstratum enim est, creditorem arresstando tacitam hypothecam consequi, quæ simul prioritatem & prælationem quandam in se continet. Talis itaq; hypothecarius omnibus creditoribus anteriore hypothecam non munitis, sed posteriorem sive expressam sive tacitam habentibus præferendus est. Const. El. 28. §. Ferner sollent p. 1. Dan. Moll. ad d. Const. n. 79. Ubi additur ratio: quia arresstantibus jus reale simul conceditur, & quidem à die statim ipsius impetrationis, quod jus ipsi absq; proprio suo facto auferri non potest. Coler. de process. Exec. p. 1. c. 2. n. 191. & p. 2. c. 3. n. 410. cum seq. Item p. 3. c. 8. n. 44. & 54. c. 11. n. 40. & 87. Vid. Wesenb. in Parat. ff. de privil. Credit. n. 9. Berlich. p. 1. Concl. 50. n. 79.

XXXI. Cognationem cum Arresto quæ habent, multa quidem occurrunt, è quibus in præsentiarum tria saltem carptim atq; vellicatim tangere lubet. Primum locum sibi vindicat Sequestratio, quæ tantam cum Arresto habet convenientiam, ut sæpius hæc duo à Dd. confundi & indistinctè usurpari videamus, cum differentiam eorum ex solis vocabulis profuere putat Coler. de process. Execut. p. 2. c. 2. n. 184. Peckius de jur. sist. c. 1. num. 4. Quemadmodum enim Sequestratio necessaria & judicialis non voluntaria & conventionalis regulariter prohibita, sic etiam Arrestum toto genere quoad juris regulas est illicitum. Gæd. ad rubr. de Sequest. poss. & fruct. num. 21. resp. thes. 7. & 9. Deinde sicut Sequestrum fit litis gratià Wesenb. in Parat. ff. Depositi. n. 6. Sic & Arrestum. Molin. ad Consuet. Paris. t. 2. gl. 1. in verb. Arrest. n. 38.

XXXII. Porro admodum affine est Arresto Præceptum de non alienando. Primum enim utrumq; est præparatorium alterius judicii, aliosque desiderat ordinarios processus. Col. d. tr. p. 1. c. 2. n. 96. & p. 3. c. 11. num. 8. Præterea neutrum partis adversæ citationem requirit, sed utrumque summarium &

UNIVERSITÄT  
ZV HALLÉ

& semiplenam juris probationem exigit, de Arresto *diuum*  
*supr. th. 26.* De præcepto non alienando loquitur *l. Divus Pius*  
*5. ff. de petit. hered. l. fin. §. 2. ff. de dol. mal. & met. except. Coler.*  
*de process. Exec. c. 11. n. 91.* Tertiò neutrum possessionis commo-  
dum aufert. *Gail. de Arrest. c. 12. num. 7. 8. & 9. Coler. d. c. 11. n. 11.*  
Quartò deniq; conveniunt modo tollendi, uti enim Arrestum  
Satisfactio tollitur. *Petkius d. tract. 6. 45. n. 4.* sic quoq; præcep-  
tum de non alienando. *Coler. d. l. n. 93.*

XXXIII. Tertiò deniq; non obscurè cum Arresto conveni-  
re videtur Missio in possessionem. *Gail. de Arrest. c. 12. n. 8.* Unde  
& ipse eam Arresti speciem pronunciat *d. tr. c. 1. n. 21.* 1. Utrum-  
que est executionis species. *Col. de proc. Exec. p. 1. c. 2. n. 10. & n. 67.*  
2. Uti per Arrestum libera rei dispositio debitori aufertur, ita  
per missionem in possessionem primi & secundi decreti. *Gail.*  
*d. l. n. 21. 3.* Sicuti missus in possessionem ex primo decreto jus  
pignoris prætorii consequitur. *l. non est mirum. 26 §. 1. de pign. act.*  
*Myns. 1. Obs. 28.* Sic etiam per Arrestum arrestatori jus pignoris  
quasi prætorii attribuitur *res. th. 30.*

XXXIV. Quantumvis tamen hæc maximè convenient cum  
Arresto, sic vicissim in multis ab eo discrepant. Sequestratio  
differt ab Arresto. 1. Ratione nominis. Arrestum enim Ger-  
manis propriè dicitur *Kummer s. th. 4.* Sequestrum verò *Hin-*  
*derlegung*, uti illud in *l. 110. ff. de V. S.* per vocabulum *Depositionis*  
exprimitur. *Meurer von deutscher Nation/Land- vnd Stadrecht:*  
*p. 1. tit. Von Arrest vnd Kummer: & tit. von der Sequestration*  
*vnd Hinderlegung.* 2. Ratione Originis: Sequestrum enim  
originem trahit à lege scripta *l. un. C. de prob. sequest. per. c. 2. & 3.*  
*extr. de Sequest. poss. & fruct.* Arrestum verò, quò hodiè in primis  
utimur, à consuetudine & lege non scripta. *vide th. 8.* 3. Ratione  
objecti: Sequestrum tantummodò fit in re litigiosa, & regulari-  
ter versatur circa mobilia *l. Sequestr. 110. ff. de V. S. Coler. de proc.*  
*Exec. p. 1. c. 2. n. 83. & 130.* Arrestum non in litigiosa tantum, sed  
tam in personam, quam aliam quamlibet rem etiam non liti-  
giosam decerni potest: *Gæd. de sequest. poss. & fruct. in rubr. n. 20.*  
4. Causa formali: in Sequestro enim requiritur ab initio ci-  
tatio partis, contra quam impetratur sequestrum. *Franc. Cur. de*  
*Sequest.*



Sequest. n. 4. Diversum esse in Arresto declaratum fuit *tb. 26. Vid.*  
*Peck. de jur. sif. c. 4. n. 5. 5.* Effectu: Sequestrum fit custodiae cau-  
sa, cum in eo res alii custodienda tradatur, qui tanquam tertius  
intercedit & sequester dicitur. *l. propriè. 6. d. l. 10. de V. S. Alciat. ad*  
*hanc l. n. 4.* Quod in Arresto non attenditur; Ubi omnia manent  
bona, quamvis arrestata, in potestate & dominio ipsius debito-  
ris. *Coler. d. tr. p. 3. c. 11. n. 8. 4. 6.* In Sequestro non sunt certi dies  
statuti, vel tempora praescripta, intra quæ illud prosequi oporteat  
sequestrationem petentem. *Coler. d. l. n. 81.* Secus est in Ar-  
resto *in sif. tb. 26.* Idem fermè discriminis intercedit inter Arre-  
stum & Praeceptum de non alienando.

XXXV. Missio in possessionem & Arrestum à se invicem  
distinguuntur. 1. Causa formalis: in illa enim causæ cognitio est  
necessaria; in hoc non item, ut praecedentia docent. 2. Fine &  
Effectu: Nam missione in possessionem ex secundo imprimis de-  
creto turbatur possessio, & res debitoris potestati creditoris sub-  
mittuntur *c. fin. §. in aliis 7. ut lit. non contest. l. 3. §. fin. de acquir. vel*  
*amitt. poss.* Per Arrestum nec possessio turbatur, nec res custodiae  
arrestantis committuntur *Gail. de Arrest. c. 12. n. 8. §. 9.* sed perma-  
nēt in Dominio veri Domini, donec lis finem sortiatur. *Gail. d. l.*

XXXVI. Opposita tandem consideranda veniunt, quorum  
quædam sunt privativa, quædam contraria. Privativè opposita  
dicuntur ea, quibus Arrestum juxta praescriptum modum con-  
stitutum iterum dissolvitur. Quod tribus potissimum modis  
feri solet. 1. Solutione ejus, quod debetur, quâ practitâ, omnem  
obligationem extingui naturalis ac civilis docet ratio *pr. Inst.*  
*quib. mod. toll. Obl. 2.* Bonorum cessione *l. 1. §. fin. C. qui bon. ced.*  
*Poff. Peck. de jur. sif. c. 45. n. 19.* Rebuff. in *Ordin. Reg. Gall. tom. 1. de*  
*Lit. Oblig. art. 2. gl. 1. n. 76. §. de sent. execut. art. ult. gl. 1. n. 21.* Quod  
quidem expeditum est quoad jus civile, non verò Saxonicum.  
*Coler. de Proc. Exec. p. 1. c. 7. n. 18.* 3. Cautione sufficienti & ido-  
neâ, practitâ per fidejussores aut pignora de judicio sifiti aut ju-  
dicatum solvi. *l. si fidejussor. 7. §. fin. ff. qui satisd. cog. ant. l. 16. ff. de*  
*offic. Praesid. l. litibus. 20. C. de Agric. §. censit. col. Gail. de Arrest. c. 2.*  
*n. 7. c. 3. n. 3. c. 4. n. 11.* Reichs Abschied zu Speyer Ann. 1570. §. Wenn  
auch die Arresta verb. Devorab auffgebotene caution. *Constr. Elect.*  
*P. 1. Const. 30. verb. so lange bis sie gewisse Versicherung gemache.*

D

Peck.

UNIVERSITÄT  
ZV HALLÉ

*Peck. de jur. sff. c. 47. n. 3.* An autem ad relaxationem Arresti sufficiat cautio juratoria, ad diversa eunt Interpp? Quam quaestionē distinctionis temperamento decidendam arbitramur: aut enim praestatur à personā nullius dignitatis & non magni nominis; aut exigenda venit à tali, quæ in dignitate constitutus integræ vitæ probatæq; existimationis est. Priori casu talis cautio juratoria Arrestum minimè dirimit. *Peck. d. loc. n. 8. Gail. de Arrest. c. 3. n. 10. Berlich. p. 1. concl. 53 n. 23. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pist. q. 110 n. 27. Job. Baptist. Caccialupus q. princ. n. n. 1. & seqq. tr. de deb. susp. & fugit.* Posteriori verò cautioni juratoria locus esse videtur, quia iuramentum à tali persona fide digna praestitum, haut facile rejiciendum est. *Sichard. in l. un. n. 14. C. de probib. sequest. pecun. Gail. 2. Obs. 47. n. 13. Myns. 2. Obs. 11. Alciat. in l. 61. n. 4. de V. S. Sneyd. Inst. de satis. d. n. 4. Berlich. d. Concl. n. 24. Schult. d. l. n. 29. Coler. d. tr. p. 3. c. 11. n. 102.*

XXXVII. Contrariè opponuntur Arresto. *Primo* Spolium, quod omni jure tam civili quàm Canonico prohibitum est. *t. r. ff. de Vi & vi armat. & tit. extr. de restit. spol. l. si quis 7. C. ad l. jul. de vi publ.* His & lex divina accedit; *Vae tibi qui spoliastis, quia spoliaberis.* *Secundo*: Omnis injusta, & non decreto judicis confirmata & approbata manuum injectio, & violenta rei possessionisve turbatio & ablatio.

XXXVIII. Cùm verò non rarò contingat, ut quis ita sine omni causa necessaria iniquo Arresto constringatur; certa quaedam poena ipsis temerè & injustè arrestantibus constituta est; quæ pro diversitate personarum in Arresto simul concurrentium etiam diversa est. Actor seu creditor condemnari solet ad refusionem expensarum & interesse *Gail. tr. de Arrest. c. 23. Coler. de proc. Exec. p. 2. c. 3. n. 39.* Tenetur insuper ad actionem injuriam *ex l. dissamari. C. de ingen. & manumiss.* talis enim detentio injusta magna instat injuriæ haberi solet. *l. si creditores. 3. §. fin. ff. de Reb. auet. jud. possid. & vend. Menoch. 2. de arbitrar. jud. quest. cas. 87. n. 2. Peck. de jur. sff. c. 18. n. 1. & 2. Coler. de proc. Exec. p. 2. c. 3. n. 154.*

XXXIX. Magistratus seu iudex ejusmodi Arrestum concedens simili modo injuriarum conveniri potest per ea, quæ tradit *Gail. c. ult. quandoq; tenebitur ad damnum & interesse, dummodo litem facit suam Coler. d. tr. p. 1. c. 2. n. 117.* Apparitoris poena est

est remotio ab officio, si nimirum non ex mandato judicis, sed à parte conductus Arrestum denunciaverit Peck. d. tr. c. 24. per t. Molin. ad consuet. Paris. tit. 2. gl. 1. verb. Arrestum. n. 184.

XL. Is denique, qui contemnendo arrestum fuga sibi prospicit, quomodo puniendus sit, judicis arbitrio relinquitur. Peck. de jur. sist. c. 28. per tot. Ubi cumq; enim in jure nostro poenae absolute mentio fit, semper intelligitur arbitraria gl. sing. & communis. in l. 1. c. de SS. Eccl. omniaque, quæ judicis contemptum concernunt eidem committuntur punienda. Molin. d. loc. n. 115. Sic itaq; hanc Arrestationum materiam valde quidem usitatam, sed ab Interpp. parum tractatam, non quâ debuimus prolixitate, sed quâ potuimus brevitate adumbratam proponere placuit, indubitat à interrim spe laetor, candidum & benevolum lectorem tenue ingenio mei herediolum inde pernocturum, voluntatemq; pro facto accepturum, Quondam Dij meliora dabunt!

Πάρεργα.

Imperator Auream Bullam nec abrogare, nec quicquam contra eam licite facere potest.

Ab Imperatore malè informato ad melius informandum appellare fas non esse, dicimus.

Principes & Status Imperij unionis fœdera, etiam in causa religionis, contra Imperatorem defensivè rectè ineunt.

Qui Electorum aliorumq; Principum inferiorum violat auctoritatem, non incidit in crimen læsæ Majestatis.

De tutela Electorali testamento disponi nequit.

In reddendo mutuo, si monetæ valor extrinsecus mutatus fuerit, estimationem, quæ est tempore solutionis, esse attendendam, contra aliorum præjudicium statuimus.

πρὸς τὸν μὲν δὲ.

D 2

Præ-

UNIVERSITÄT  
ZV HALLÉ

Præstantissimo Dn. Respondenti, amico ac  
conterraneo perdilecto.

**N**on omnis, qui hic culta Sale ad vineta moratur,  
deside degeneri sacni corpore Vacuna  
etatis florem, aut Baccho. Venerive salaci;  
permultus, Pastacionis comescat id ora  
mordacis! vivit, Sophies doctrina beatarum  
divite cui mentem profectu nutrit alitq;  
Nobile permultus pulcrâ virtute laborat  
non sine mansurâ nomen sibi laude lucrari,  
ing; sacrum Eusebies, Themidos, doctave Minerva,  
seu Meditrina arcem visu penetrare potenti.

Exempli in specimen Te, CONRADE, advoco, RHANI.

Otia te exosum discinet a imbellia segnis  
turpè capistratum haut subigit, ducitq; triumpho.  
Non tempus, cujus nullo est reparabile damnum  
evo, transmittis, quin linea ducta super sit,  
ingenij ne invisâ filix nascatur in agro  
neglectim culto. Maeste ô ausug; bonog;  
tamo animi! ne hic nocte moras, ne comprime gressus.  
Nitere plus ultra, vegeta dum grande juvena  
robur & innata felix te stipat acumen  
una virtutis: caveas audire supinis  
tardior inceptis. Exempla domestica, RHANI,  
que moneant, moveantq; tibi sunt. Emula Virtus  
& doctrina alacrem dum jam-nunc excitat, olim  
amulaq; excipiet letis te fama quadrigis.

apponeb. amoris & felicitis  
omnis ergo

M. Philippus Hoff / Brunsvigâs  
Pœt. Laur. Cæs. Orator. P. P.

ULB Halle  
005 132 665

3



V017







B.I.G.

Farbkarte #13

JURIDICA No. 16

8

TENDI,

1623, 2

STIS,

nte clementiã

decreto

m Collegii, quod in illustri  
flore Academiã

D E

CONSULTISSIMO

FOMANNO

IM HUIUS ACA-

ridicæ Ordinario, ac p.t.

ibidem Provincialis &

imo, Præceptore, Fau-

lucio æternum

do.

ctorum

e submittit

April.

n/ BRUNSV: SAXO.

AE

EINMANNI.

C. XXIII.

B. 16

3 1/2

UNIVERSITÄT  
ZVHALTEN